

1777.

1. Wiese, Walter Vincent: De commercio peregrinorum
ejusque usu, tam in genere, quam in specie, durantibus
nundiniis hujus urbis pentecostatis bus. Programma, quo
ad festum pentecostes . . . prius celebrandum
adhortatur.

1778.

1. Schadelock, Gustav: De memoria.
2. Wiese, Walter Vincent: De differentiis quibusdam juris
frugum inter emigrationem tam voluntariam quam
coactam. . . Programma, quo ad diem natalem . . .
tricentoris . . . celebrandum adhortatur

1779

1. Wiese, Walter Vincent: Actus quatuor iustum causa-
frugue sit tempori inservire. Programma, quo Nobilium
erga resurrectionem Christi, predicatione commendat.

1780

1. Wiese, Walter Vincent: De jurebus ex cessione per
valida, quam invalida.

1780

3. Wiese, Walter Vincent: *De rebentione pugnoris* ^{Lam}

1781. 6. ea deinceps quam ab diversis.
1. Eichenbach, Ioh. Christianus, acat. Profess. in universitate stralute et stralitica
1. Progymna, quo excollegandos regis postulat naturaliter. evocabatur.
2. Roemberg, Jacobus Petrus. ad die Aufstellung
der Leibigenschaft in Mecklenburg applicatio?

3. Wiese, Walter Vincent: *De foro personarum minorum*
beliam, ad legem un. Cod.: quando Imperator inter
principes vel vicarios etc.

1782.

1. Eichenbach, Ioh. Christianus, acat. Profess. in universitate stralute et stralitica
ditorio. Programma, quo sacra Paschalea indicat.

2. Roemberg, Jacobus Petrus: De mediciis ad ensoripaanda
crimina idoneis. Programma, dictis pentecostalis leus
festis dicatum.

1784.

1. Brumeljel, Iohannes Gottfried: *De donatiis remuneracionis*
foris. Programma, quo lociones aerativas indicat.

2. Eichenbach, Christianus, acat. Profess. in universitate stralute et stralitica
lunaria corporalium. Programma, quo per hunc dominum
latiis salvatoris indicat.

1785.

1. Eschenbach, Th. Christ: De inquisitione summaria
Programma, quo ad mera paschalia p[re]ce celebranda
cohortatur.

1786.

1. Eschenbach, Thom. Christian: Gedanken, wie die Vermehrung
der Academien im Deutschland.
2. Eschenbach, Th. Christ: De poena ligamice. Programma,
quo ad N[ost]r[us] festos natiuitatis Salvatoris p[re]ce celebrandas
cohortatur.

1787.

1. Eschenbach, Th. Christ: Tabula in applicacione Art.
116 C.P.C. Programma, quo ad N[ost]r[us] festos resurrectionis
nisi Salvatoris p[re]ce celebrandas cohortatur.
2. Eschenbach, Th. Christ: De solo indirecto delinquac[i]on[i].
Programma, quo ad N[ost]r[us] festos natiuitatis Salvatoris
p[re]ce celebrandas cohortatur.

1788

1. Eschenbach, Th. Christ. aced. rector: Von den Richterungen
a. Amt der Criminal-Processe, wobei die einzige
Fur den Osterfestes empfohlene wird.

1788

2. Roemberg, Jacob Frederic : Ist denn alles so aufgeklärt
als man's wähnt, und ist's im Vaterlande auch so ?
Eine Rede in . . . Gegenwart der durchblauhtigsten
Landes herrschaft.

1789.

1. Burchard, Petrus Gottlieb filius : De effectu juriis
jurandi prouisoriorum principiis renunciations
beneficiorum adjecti.

2. Eschenbach, Jakob Christian : Von Begriffe des General-
Inquisitors, verbunden mit einer Anzeige seiner Verlesungen.

3. Kappe, Jakob Christian : Über die nützliche
Kultur und Erlerung des Deutschen Privatrechts nach,
einer Anzeige seiner Verlesungen.

4. Wies, Walter Vincent : De concursu creditorum
libet alibi pendentes non turbante.

1790

1. Wies, Rudolf Berhard Carl : De origine et pace
capitularum provinciarium et electorales filias Musteres

1794

Am
aer

1797

1. To
do
fer

1797

1. To

do

fer

1794.

1. Martinus, Johannes Matthias : De praescribione
actionis praevaricacionis directae.

1797.

1. Poste, Adolf Feierabend : Von der Verbindlichkeit
der Versetzen zu Ehrentenken vorzüglich bei Vermögens-
feierlichkeiten.

1791
1. Sonntag nach Pfingsten. Ich kann alles so aufschreiben
was kommt mir in den Sinn und ich kann nicht
alles was ich weiß, ausdrücken. Ich habe nur
die Gedanken, die mich interessieren.


1791
Mittwoch und es ist sehr gut und
es sind einige Gedanken, die
jedes gewisse Prinzip veranschaulichen
zu können.


1791
Am Sonntag: Der Begriff Leidenschaft
ist eine Regel, die ich bringe
dass sie ein Leidenschaft ist. Das ist entweder
Leidenschaft oder Leidenschaft, Leidenschaft oder
Leidenschaft.

1791
Am Sonntag: Der Begriff Leidenschaft
ist eine Regel, die ich bringe

1791

Am Sonntag: Der Begriff Leidenschaft
ist eine Regel, die ich bringe





COMMENTATIO IURIDICA
DE
COMMERCIO PEREGRINORVM,

QUA
ACADEMIA CIVIS O. O. HONORATI
AD HABENDUM

QVA
PROGRAMMATICIS LOCO,

SACRVM
PIE CELEBRANDVM.


ACADEMIA CIVIS O. O. HONORATI


AD HABENDUM

HODIERNVS VNIVERSITATIS FESTA

WALTER VINCENTI VIENSE,
DOCTOR I. ET. PROFESSOR I. ET. DEDICATORI,
EX ALBIRIX PETRO. IN HONORATEM VENIENTIUM

1711.
TYPIS VOLKLANIS.





COMMENTATIO IVRIDICA,
DE
COMMERCIO PEREGRINORVM,
EIVSQVE VSV,

TAM IN GENERE, QVAM IN SPECIE,
DVRANTIBVS NVNDINIS HVIVS VRBIS
PENTECOSTALIBVS,

1777.1.
R. 265
QVA
PROGRAMMatis LOCO,

AD

FESTVM PENTECOSTES
SACRVM

PIE CELEBRANDVM,
ACADEMIAE CIVES O. O. HONORATISSIMOS

ADHORTATVR,

HODIERNVS VNIVERSITATIS RECTOR,

WALTER VINCENT WIESE,
IVRIVM DOCTOR, ET PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS,
NEC NON ORDINIS PRIMI CIVIVM ROSTOCHIENSIVM
SYNDICVS.

Rostochii,
TYPIS ADLERIANIS.



COMMUNICATIO LITERARIA

CONFERENTIA FERDINANDI

HUGO AV

MAT IN CLEVE, QMAY 1524

DIVINITATIS MUNDINIS MUSAR ARIST

INTRODUCTIO

472

45000 LAMMAS 1000

62

ESTAM PINTORES

SACRA

PIE CELESTI ANDAM

ACVLLARIS QVIES O C HONORATISSIMIS

AD HORATIAR

HONORABILIS UNIVERSITATIS PROFESSOR


VALTER VINCENT WIESE

1524
PROLATIONES ET DISCOURSES
DE LIBERTATE ET DIGNITATE
CIVILIA ET COMMUNALIA
ET CONSTITUTIONUM

EDITIONIS

INDUSTRI

ET TUTT



§. 1



Disputauerunt quidem iam ante me MÖLLER,
de iudicio summario peregrinorum, vulgo: vom
Gäst Recht, et BALTHASAR, de iure peregrino-
rum singulari. De commercio autem pere-
grinorum, quantum scio, nulla extat com-
mentatio, licet non solum frequentissimae
de iis oriuntur lites, sed etiam in antiqua
illa lege ciuica, vulgo: *Die Bürger Sprache* dicta, quae in sol-
lenni electorum Senatorum proclamatione hac in vrbe pro-
mulgari solet, expressis sanctum sit verbis: *Gäst soll mit Gäst*
nicht handeln, und kein Bürger mit Gästes Pfenninge, auch soll
niemand von Gästen kauffen, er bezale dann, das deswegen keine
Klage für den Rath komme, bey drei March Silber. Operae
preium igitur duxi, quaedam de hac materia differere, et quid
in hac lege prohibitum sit, paulo latius evolvere, praeprimis
cum iam imminicant nundinae pentecostales publicae, ob com-
merciū peregrinorum tam celebres quam utiles, notissimum
que exceptionis exemplum a modo allegata lege civica ex-
hibentes.

A 2

§. 2.

§. 2.

Antequam vero ipsum hoc adgrediar opus, methodo inferuire, notiones cuiusvis verbi distinctas enucleare, earumque diuisiones subnectere, necesse erit. Accipe igitur definitionem commercii generalem, quod sit negotium inter duas pluresque personas de re aliqua gestum. Nimis lata haec definitio exinde quidem videretur, quod omnes fere contractus, immo negotiationes, et bella gentium, ut et solitae litigantium caufae forenses, sub ea generali denominatione comprehendantur. Ast salua vbique res est, si modo diuisionem paullo post subsequentem attendere, et ex illa rationem notionis generalis cognoscere velis.

§. 3.

Quintuplices commerciorum classes posuit BECKMANN in diss. *de bellorum commerciis* Cap. I. §. IV. quod scilicet vulgariter acciperetur commercium, 1) pro libero commeandi, contrahendi, ac res cum aliis permutandi vsl; 2) pro generali verbo, ad omnes contractus pertinente, vbi merx intercedit; 3) pro facultate rem quandam habendi, quem significatum in iure eiusque explicatione frequentem esse, auctor ille existimat; 4) pro vsl et consuetudine, quemadmodum dicitur: *Commerciū cum Mūsi*; 5) pro conuentione, quem sensum a ICtis et Philologis, superiori ac recentiori saeculo celeberrimis, expressum esse, ex IOANN. OLDENDORP. *action. forens. Clasf. 5. de action. benefic.* pag. 910. H. GROTIUS de I. B. et P. Libr. 3. C. 21. §. 1. et post eum ex IOHANNE FRIDERICO GRONOVIO in *not. ad d. 1. argumentatus* est, praelaudatus BECKMANN. Has diuisiones non penitus facio meas, cum non omnes Logices regulis consentientes dignoscantur, sed contra eas praelaudatus Auctor in eo certe peccasse videatur, quod secundam classem, primae classi, ut conspeciem, adornauerit, quum tamen subspecies eiusdem sit. Si autem strictiori tantum significatu commercii voce vti velis, omnibus diuisionibus supersedere potes, eodemque sensu accipere tibi licet, quo accepit peculia-ri dissertatione, *de commercio humano, siue de veris contractibus*

IOAN

IOAN. CHRISTOPH. HOPPENHAUSSEN, qui uti iam ex rubro dissertationis pater, veros contractus, et commercium humana, pro synonimis venditauit. Mhi vero nihil obstar, quo minus eodem sensu stricto intelligam commercia peregrinorum, mox longius pertractanda. Quod ut eo facilius succedat, etiam de notione peregrinorum, eorumque diuersis classibus, mentem explicare mihi animus est.

§. 4.

Peregrinus est, qui alieno vitam degit loco. Prouti nunc hic locus intuitu regionis, regni, territorii, prouinciae, vrbis atque pagi, diuersus esse potest, ita et diuersae peregrinorum oriuntur species. Apud Romanos quidem peregrini dicebantur, qui extra Romanum, licet sub romana ditione, habitabant, nec iuribus ciuitatis romanæ potiti erant, veluti provinciales, ut et qui sub sociorum appellatione, tam latini nominis, quam italicici iuris, veniebant, teste SCHWARZIO in diff. de iure Italico, Cap. I. §. 1. Non confundendi autem sunt hi peregrini cum illis, qui in L. 5. §. 2. ff. de captiuo, et de postlim. sub descriptione obuenient, quod neque amicitia, neque hospitium, neque foedus amicitiae causa factum inter eos, et inter romanos intercesserit, erga quos odium in auth. FRIDERICI II. omnes peregrini C. commun. de success. plane sublaram, praepri- mis postquam iam antea ANTHONIVS CARACALLA ciuitatem cum omnibus in orbe Romano viuentibus communicauerat, per L. 17. ff. de statu hominis. Caeteri omnes, qui Romanis parabant, romani, reliqui extra orbem romanum, barbari, sunt dicti. BRISSONIVS de verb. signific. voce: barbarus. Maiores nostri germani, tandem barbarum mentem erga peregrinos coluisse, ex eo videntur, quod HELFELD in repertorio iuris pag. 1663. sub voce: Fremde, his rerulit verbis: Die alten Teutschen hielten sonst nicht viel von den Reisen, und sahen alle Fremde vor Feinde und Kuntschafter an. Dahero machten sie die Fremden, die sich in Teutschland blicken ließen, alsbald zu Knechten: So gar auch diejenigen, welche das Unglück oder Schifbruch in Teutschland führte. Alles, so selbe bei sich hatten, bekame derjenige, so sie angriffe und überwältigte. Daher kommt das

Grundruhr-Recht oder Strand-Recht. An vero peregrinus, et
extraneus, pro iisdem haberi queant personis, de eo valde
dubito, hac motus ratione, quod voce extranci illos denotare
soleamus homines, qui quidem in eodem cum nobis vitam
degunt loco, quibuscum autem nullum nobis interuenit nego-
tium, adeoque respectu nostri ipsius pro incognitis et extra-
neis habentur, vt pluribus evicit LAVTERBACH in diff. de
sociorum obligatione, *qua ex conuentione cum extraneis inita ori-
tur, Cap. I. §. V.* vbi ideam extranci intuitu societatis cu-
iusdam ita exhibet, vt exinde haud difficulti negotio, specificam
inter extraneum et peregrinum differentiam, perspicere quea-
mus. Secundum germanicam quidem versionem vocis extra-
nei: *EINES AVSLAENDERS*, peregrinus omnino comprehendi
videtur, ast non solum in sanctione nostra ciuica, ordinatione
scilicet iudicij Rostochiensis, Part. II. Tit. XI. disiunctive sepa-
rantur *ein Fremder* oder *Ausländischer*, sed etiam natura vocis
vtriusque ita discernere ideam iubet, vt si modo sit german-
icus, cuiuscunque sit prouincia, siue patriae, siue alienae,
peregrinus, vulgo: *ein Fremder*, appellari soleat; si vero extra
germaniam domicilium, linguam, et mores vicinarum et exte-
teriorum gentium, secum fert, sub voce extranei, germanice:
eines Ausländers, nobis veniat. Sub communi voce germanica:
GAST, ambas species hic obuenire, ex allegata lego urbica
pater, sic vt etiam, illas sub synonimicis vocibus: *peregrinorum,*
aduenarum, hospitum, peregrinantium, et extraneorum, compre-
hendi, a MÖLLERO c. l. §. 17, sit obseruatum.

§. 5.

Patriam prouinciam ab idea peregrini exulare videtur
MÖLLER in diff. alleg. §. 20. dum non eiusdem, sed alienae pro-
uinciae incolam, vocavit peregrinum. Ast paullo ante §. 17.
rectiori usus est hac definitione, quod peregrinus ei sit, qui
non in loco, vbi litigat, domicilium suum haber, sed tantum
commercandi causa, vel ad alia negotia expedienda, ibi ad
tempus commoratur; cui etiam assentitur BALTHASAR in cit.
diff. Cap. II. §. VIII. verbis: *Peregrini nomine intuitu huius
iuris singularis insignitur is, qui commoratur in iudicij loco, vbi
domici.*

domicilium sibi non comparauit. Cum quo etiam conuenit HELFELDT in repertorio iuris pag. 1602. ad vocem: GAST, verbis: Das Wort *Gast* bedeutet gemeinlich einen Fremden, der sich nur auf eine kurze Zeit an einen gewissen Ort aufhält.

§. 6.

Vt ideam illiciti eo rectius determinem, disquirendum mihi est, quibus modis lex priuata, secundum leges ciuitatis publicas, actiones ciuium licitas aut illicitas reddere queat. Quod vt eo rectius demonstretur, praescitu necessarius est status ciuitatis publicus, quo modo nempe leges, actionum priuatarum causa, ferantur et promulgantur. In quibusdam enim territoriis et ciuitatibus sola superioris voluntas, siue sit princeps, siue magistratus iure ferendi leges insignitus, ad condendam legem sufficit, more Regis Gallorum, omnibus edictis haecce subscriptis verba: *Tel est notre plaisir.* In aliis vero aut statuum prouincialium aut ciuium consensus necessarius est, si lex validam, omnes subdiros et ciues obligandi efficaciam, prae se ferre debeat. Secundum hanc territoriorum et ciuitatum status publici differentiam, differt significatus vocis: *illiciti.* Quidquid enim naturam legis prohibitoriae induit, sine dubio rem illicitam facit. Si qua res vero non tam legibus, quam potius sententia a magistratu vel iudice lata prohibetur, eam non illicitam, sed prohibitam appellare solemus.

S. 7.

Sicuti sana dictante ratione omnia sunt licita, quae legibus non prohibentur, eaque negotia singulari fauore sunt digna, quibus salus et utilitas publica promouetur, ita peculiarter haec omnia quadrant ad commercia mercatorum, specialissimam commerciorum §. 3. nominatorum classem, constituentium. Hanc enim iam iuris gentium esse, et exinde cuius liberam fore, testatur MEVIVS Part. 2. Decis. 187. n. 1. recte argumentans ex L. 5. ff. de iustit. et iure, vbi HERMOCENIANVS vocem commercii adeo strictam accepit, ut emioni vendi-

venditioni, locationi conductioni, caeterisque obligationibus contradistinxerit. GODOFREDVS in not. ad cit. leg. commercium per permutationem definituit. Tantum vero abest, vt horum, legum quidem, sed non logices, doctorum definitio regulas sequar, vt potius ideae, antea §. 3. expositae, inhaerent, obiectumque, ibidem definitum, iure gentium adeo liberum esse demonstrem, vt, licet quis sit deportatus, civitatem quidem amittat, sed non libertatem, adeoque emere et vendere, locare, conducere, permutare, foenus exercere, caeteraque similia, et postea quaesita, pignori dare queat, prout l. 15. ff. de interd. et relegat. claris fancitum est verbis.

§. 8.

Praeterquam quod iure gentium libera sint commercia, singulare adhuc iuris fauore et imperantis protectione digna sunt, quoniam maximum societati humanae praebent commercium, cum necessaria reipublicae afferunt, superflua euehunt, et auri copiam augent, quod neruus est rerum gerendarum, sine quo bella geri, vrbes oppugnari, classesque instrui non possunt, et virtus militum, praemiis destitura, languescit. Prudens ipse Plato negotiatorum in primis necessarios duxit, cum doceret, quemadmodum ciuitas bene habitari possit, conf. l. 2. ff. de nundin. Quae in Europa florent respublicae Venetorum et Barauorum, ex solis tantum commerciis opes, potentiam, et diuitias quae suerunt. Et quod miranda felicissima que in bello tam proxime finito, quam nunc cum colonis americanis rebellantibus gesto, exhibuit facta, regnum magnae Britanniae, commerciorum successui illa omnia debet. Recte ergo monet IARGOW in der Einleitung zu der Lehre von Regalien Libr. I. Cap. VII. §. 2. et 3. principi maximam commerciorum competere curam, et nemini dedecori esse, mercatorum aut negotiatorum agere, siue sit nobilis siue ignobilis, siue litteratus siue non litteratus, addita tamen distinctione inter fabernarios aut mercatores minutularios, et eos, qui commercium magnum, quod galli vocant: commerce en gros, excent, Ab illis abstinerre debere, his vero interesse posse, ex decoro et utili persuadet.

§. 9.



§. 9.

Quanto veriora sint modo dicta , tanto maior evenit dubitatio, de fauore commercii iam evicto, ex dispositione iuris canonici. In eo nempe can. 11. Dist. 88. claris disponitur verbis: *Eiiciens Dominus vendentes et ementes de templo, significavit, quia homo mercator vix, aut nunquam potest Deo placere.* Et ideo nullus Christianus debet esse mercator, aut si voluerit esse, proiiciatur de ecclesia Dei, dicente Propheta, quia non cognovit negotiations, introibo in potentias Domini — — qui emit et vendit, sine mendacio et periurio esse non potest — — de substantia mercatorum nouissime nihil remanet, nisi solum peccatum. Re autem accuratius perpensa, quisque intelliget, IOANNEM CHRYSOSTOMVM in citato canone tantum loqui de mercatura clericis prohibita, et de mercatoribus foenerantibus, mentientibus et periurantibus, uti apparer e toto canonis contextu, et ex subsequentibus can. 12. et 13. in quorum priore AVGUSTINVS memorat : *Aliqui codices habent negotiations: in quo diuersitas interpretum sensum ostendit, non errorem inducit.* Ergo si propterea iste tota die laudem Dei dicit, quia non cognovit negotiations, corrigant se Christiani, non negotientur. Sed at mili negotiator : *Affero ex longinquuo merces, mercedem laboris mei, unde viuam peto: Dignus est operarius mercede sua.* De mendacio, et periurio agitur, non de negotio. — — — Omnes artifices mentiuntur, futores, agricolae. — — — *Omnia ista hominum, non rerum peccata sunt.* — — — Negotiatio enim me non facit malum, sed iniqutitas mea, et mendacium meum. Et porro in canone subsequente CASSIODORVS ita commentatus est : *Negotiatores ergo illi abominabiles existimantur, qui iustitiam Dei minime considerantes, per immoderatum pecuniae ambitum polluantur, merces suas plus periuriis onerando, quam pretiis etc.*

§. 10.

Maioribus quoque nostris commercia nec frequentia nec favorabilia fuisse, exinde colligi potest, quod teste TACITO de moribus German. cap. 23. proximi tantum ripae et vinum mercati sint, reliquis quippe Germanis, plane ignotum. CAESAR de bello gallico lib. 2. aliam neglecti commercii rationem addu-

xit et de Nerviis, cisrhenano populo, commentatus est: *Nulum aditum esse ad eos mercatoribus; nihil pati vini reliquarum. que rerum ad luxuriam pertinentium inferri, quod his rebus relanguescere animos, eorumque virtutem remitti, existimauerint.* Similiter de Suevis alio loco lib. 4. cap. 2. enarravit, mercatoribus esse ad eos aditus, magis eo, ut quae bello cuperint, quibus vendant, habeant, quam quod ullam rem ad se importari desiderent. Sub regibus Francorum primum inuenimus fauoris commer- ciorum vestigium, dum iam Carolus Magnus, teste **BALVIZIO T. I. pag. 273.** ordinauit: *Negotiatores quoque volumus, vt ex mandato nostrum patrocinium habeant in regno nostro legitime. Etsi aliquo loco iniusta affligantur oppreßione, reclament se ad nos vel nostros iudices, et plenam iubebimus iustitiam fieri.*

§. II.

Quae de fauore et honore commercii §. 7. et 8. asserui, nobilibusque non solum licere, sed eos etiam decere negotiationem, affirmauit, repugnare videntur *L. 3. C. de commercio et mercatur. cuius clara exstant verba: Nobiliores natalibus, et honorum luce conspicuos, et patrimonio ditiones, pernicioſum urbibus mercimonium exercere prohibemus, vt inter plebeios et negotiatores facilius fit emeudi vendendique commercium.* Cui legis dispositioni conuenire viderunt *I. 6. C. de dignit. vbi negotiatores et monetarii in eadem cum iis ponuntur classe, qui abiectis officiis et deformibus ministeris praesunt, ac diuersis pascuntur turpibus lucris, ideoque ab omni dignitate excludi merentur.* Dubium, quod ex hisce legibus arrideret, haud inepit ex ratione legis vtriusque resoluti potest. **HONORIO** nempe et **THEODOSIO** Imperantibus, ratio status politici efflagitabat, ne nobiles militiam desererent, et in mercaturam incumberent, qua maximopere auri argenteique copia, per commercium affluente, emolliabantur, atque effeminabantur, quam legis rationem latius exposuit **JACOBVS LEMCKE**, in diss. *de interdicta nobilibus negotiatione*, ante seculum hic locorum Anno 1677. habita. Quatenus ergo hodiernus status politicus territoriorum Germaniae longe distet ab illo antiquo romano, nobilesque adsint sat multi, Martis castra sequentes, eatenus ratio legis

legis supra allegatae omnino cessat, conf. LAVTENSAC de in-
epta ratione decidendi controverias iuris publici ex legibus romanis,
et iure canonico; nobilibusque nec prohibitum nec indecorum
est, ope yti Mercurii. Nam quae l. 6. C. de digu. de abiecto ne-
gotiatoris officio disposita sunt, ad eos tantum pessimo casu
applicanda forent, qui nomine tabernariorum, et mercato-
rum minutulariorum § 8. a me iam insigniti sunt.

§. 12.

Modo dicta de commercio nobilibus licto et decoro ita
sunt intelligenda, ut distinctio attendatur, inter prouentus
praediorum, et merces peregrinas. Illorum emtio et vendi-
tio, illis omnino competit, licet sub spe lucri faciendi fiat.
Harum vero mercatura iis plane est interdicta in locis terra-
rum, vbi mercatoribus per singulare priuilegium societatis, et
per ordinationem a superiore confirmata, ius commercii est
alios excludens. Tunc nempe hujc societati est ius quaeſitum,
omnes alios, siue sint nobiles siue ignobiles, siue litterati siue
illitterati, a mercatura mercium excludendi, quo nomine et
iam prouentus ante nominati veniunt, simulac nempe ſemel
venales ſunt exhibiti. Nobili vero aut litterato, iura ciuita-
tis naſto, et in mercatorum societate recepto, nullum am-
plius obſtat impedimentum, quo minus negotiari, foenerari,
aurum argentumque permutare, et merces terra marique eve-
here queat, fervata tamen hac lege noſtra provinciali, ut
eiusmodi mercatores non in pagis, ſed in urbibus habitare,
ibique ſolummodo commercia excercere debeant, vti fanci-
tum inuenimus in dem Landes Grundgesetzlichen Erbuergleich
§§. 253. et 254. Qua lege fundamentali §§. 255. et 256. ſimul
prohibitum eſt, quo minus propolae iudei et christiani, more
circumforaneorum pagos peruehere et peruagari ſoliti, tole-
rentur, reſeruato tamen libero peregrinorum prouentus ru-
rales ementium arque avehentium commercio; exceptis iis
peregrinis, qui vitra, et aquas aduftas, echinos, lintea et cribra
adportant, venduntque, ac obtusa ferra faxoasperant. Nam
horum hominum commercium aequre commodum incolis eſt
ac necessarium, ideoque iis permifſum eſt, quod paullo ante

B 2

pere-

peregrinis erat prohibitum, addita tamen hac restrictione, ut aut in ciuium numerum eiusdem urbis provincialis se recipi current, aut ciuium onera aequis tributis subleuent, cuius facti testimonium magistratus publicum secum ferre, eoque libertatem negotiandi docere debent.

§. 13.

Pari non solum, sed etiam maiori dotata est priuilegio, ciuitas nostra Rostochiensis, cum non tantum ciuibus nostris profit, quod, in transactione prouinciali nouissima sanctum esse, supra ostendi, sed speciali quoque e conventionibus fundamentalibus de 1573. et 1584. vt et de Anno 1748. ciues nostri gaudeant priuilegio, quod, ut lingua vernacula ipsique transactionum verbis exprimatur, dignum re et consultum est. Ita enim se habet transactio antiquissima de Anno 1573: *Die Ausfiffung und Abfuhr des ganzen Korns soll den Bürgern vnd Einwohnern zu Rostock frey gelassen werden. So soll auch die Schiffarth auf der ober Warnow ingemein und durchaus iedermaniglich frey und offen stehen, auch ein ieder mit seinen eigenen oder gemieteten Pramei, von Güstrow, Bützow, Suaan vnd die ganze Warnow hinunter, bis vor die Stadt, sein Korn, Holtz, vnd andere Wahren zu bringen, vnd aus der Stadt herwieder die Warnow aufwärts, seine Nothdurft, ohne Auffatz eniges Zolls, zu hölen Macht haben.* Sequens tractatio de Ao. 1584. §. 101. hisce concepta est verbis: *Vnd mag hinfür ein ieder Bürger, vnd Einwohner zu Rostock, ganz Korn, auch ohne zuvor vom Rath gebetene vnd erlangte Erlaubniß, ausschiffen; jedoch wann Miswachs einfüllt, soll derjenige, so ganz Korn ausschiffen will, dasselbe den Bürgermeistern, der Armuth zum besten, zuvor anmelden. Circa interpretationem huius duplicitis legis semel iterumque lis est orta, et adhuc nouissime ventilata in actis Commissionis illustris ducalis adhuc praesentis, vti parer ex impresso, cui titulus: *Vollständige Sammlung der in den gegenwärtigen Irrungen etc. verhandelten Acten ad Grau. X. pag. 138. et sqq. et pag. 149. et sqq. Specialissime in conventione de Ao. 1748. §. 3. Princeps noster Serenissimus pro se et suis successoribus elemittissime promisit: Zum dritten wollen Ihro Herzoglichen Durchlauchten alles, was zur Aufnahme der Stadt vnd Bürgerschaft**

an



an Nahrung, Gewerbe, Handel, vnd Wandel in und außerhalb der Stadt immer gereichen kan, nach äußerster Möglichkeit beytragen; Folglich weder einige so genannte Kliphten in denen Fürstlichen Aemtern vnd Städten, zum Misbrauch der auf dem Lande vnd in den Städten wohnenden Bürgern vnd Unterthanen, noch auch den Academicis, oder andern, die keine wirkliche Bürger in Rostock sind, die freie Hauen Gerechtigkeit, auf die von ihnen verschriebene Waaren, verstatthen. Keine frey Negotianten, oder Frey-Meister in einiger Compagnie, — — privilegiren, — — noch einige Monopolia im Lande, zum Nachtheil dieser Stadt, verleihen.

§. 14.

Vtilissimum subditorum commercium cum exteris populis ita exercetur, vt, quae nobis necessaria sint, afferantur, et superflua exportentur, quod vt eo facilius succedat, pacta solent iniri, tam cum ipsis populis, quibuscum commercium est, quam cum illis, quorum territoriorum aut peruehitur aut praeter nauigatur, quae pacta sub nomine *Commerce Traictaten*, obueniunt. Solent plerumque determinari in eiusmodi pactis, 1) merces inuehendae, et exportandae, 2) tributa a nauibus et mercibus soluenda, 3) loca libero commercio destinata a) 4) tempus et modus, quo quaedam mercium genera, ad exportandum et inuehendum, licita habeantur, 5) libertas intrandi portus, non tam commercii causa, quam ob refectionem nauium, et ob necessitatem cibariorum, b)

a) Licet ratio legis 4 C. de commerce, et mercat, ne scilicet alieni regni scrutenzur arcana, hodie non amplius quadret, cum arcana regnum per geographiam et scientiam statisticam satis sint cognita, attamen alia plerumque adesse solet ratio politica, principem communens, ut certis tantum locis liberum commercii vim permittat, reliquis autem restrictam solunmodo negotiationem indulget, prout nempe aut situs locorum, aut benignum habitatorum ingenium, aut alia quacunque causa, pro salute publica, suadet.

b) Secundum ius naturae et genium barbarum quidem fore, nauigatori, cui refectio nauis opus est, vel qui penuria cibariorum laborat, introitum porrus prohibere. Ast sapissime id contingere inter gentes belligerantes, et ab his, quae in Africa florent, rebuspublicis piratarum, e commentariis rerum gestarum nouimus publicis, quam ob

reum Gentes Europeae tam inter se pacta commerciorum, quae etiam
irruente bello valent, quam cum rebus publicis Africanis conventiones,
in securitatem nauigationis, inire solent.

§. 15.

Sicuti imperantis cura pro commerciis se exerit, pacta
cum exteris ineundo, ita par ipsi est negotium, inter ipsos ci-
ues et subditos leges ferendi, ad subleuandum commercium
vtiles. Emitteret inter has leges illa, qua societas mercatorum,
vulgo: eine Handlungs- Gesellschaft vnd Kaufmanns- Compagnie,
instituitur, stabilitur, confirmatur, eique statuta praescribun-
tur, saluti publicae conformia. In hisce statutis pari modo, ac
in statutis opificum, obuiam eundum est abusui alioquin irrum-
penti, cum vel monopolium affectare, vel prohibitionem et
restrictionem cuiusdam generis commercii et opificii fingere,
vel de nimio lucro inter se ipsos conuenire, vel in inuidia
et aemulatione ita conniuere solent mercatura et opificiis de-
diti, vt non solum, qui mercaturam et opificium inchoare, et
se in societatem mercatorum et opificium recipi volunt, varia
oneris et impedimenti genera experiantur, sed etiam, qui iam
in societate per diurnum temporis lapsum fuere, simili expo-
nuntur inuidiae, si nouum commercii et opificii genus eligere
velint, quo reliqui iam antea negotiati et occupati sunt. Si his
naevis per statuta, societati mercatorum et opificium praescri-
pta, limites pohantur, singulari digna est eiusmodi societas fa-
uore, cum communis consilio et iunctis viribus plus efficitur,
quam vnius labore. Praeterea reipublicae omnino interest,
vt ciues satis apti fiant ad negotium, cui dediti sunt, bene ge-
rendum. Ideo est, quod tirones per certum annorum spa-
tium discipulatu subesse debeant, nec aliter ad mercaturam
vel opificium admittantur, quam finitis annis tirocinio adsigna-
tis. Quod vt rite obseruerur, curae id directorum societatis
mercatorum, et inspectioni seniorum collegii opificium, deman-
dari solet. Vt taceam defraudationes, tam in mercatura mer-
cium, quam in rebus opificiis, haud insolitas, quarum aestimatio-
nis recte committitur, qui optimam rei notitiam per longin-
quum usum, et diurnum laborem, sibi acquisiuerunt, qui-
que plerumque munere directorum aut seniorum fungi solent.

§. 16.

§. 16.

Quanto maiori curae cordique Imperanti esse debet subditorum commercium , tanto magis se exhibet haec cura in prohibendo certo negotiationis genere , saluti publicae nocuio . Quod ut eo rectius determinetur , disquirendae , et exponenda ante omnia erunt diuersae commercii species . Tres vulgo numerantur . Prima scilicet , quando prouentus , vel merces fabricatae aliorum venduntur , et euehuntur , quod voce italica appellatur : *Effito* . Secunda species adest , vbi necessaria virtus alimenta alibi emuntur , aliunde appontantur , et a nobis consumuntur , quod nomen : *consumo* , accepit . Tertia denique species in eo ponitur , quando merces , aut solummodo peruehuntur , aut a mercatoribus ea intentione appontantur , vt exteris cum lucro rursus vendantur , quod sub appellatione : *Transito* , venit . Perspectis paullo latius his speciebus , haud difficulti negotio tibi apparebit , quaenam species sint utilissimae , et subditis saluberrimae , quaenam vero pro nociuio sint habendae . Quando nempe prouentus naturales , et merces fabricatae euehuntur , tunc aurum argentumque affertur , facultates subditorum augentur , et regnum illud seu territorium ditius euadit , quo omni respectu salus publica promouetur . Quae igitur sub nomine : *Effito* , a me antea commemorata est commercii species , certo pro incundissima et utilissima est reputanda . Similiter in secunda specie : *Transito* , saluti publicae omnino consulitur , dum tam vectigalium redditus insigniter augentur per transitum mercium , quam subditorum lucrum et sustentatio multiplicatur , si merces non per nudum transitum , sed praeuia emtione et venditione peruehuntur . Ut taceam augmentum reddituum publicorum , vulgo : *Die Licent , vnd Accise* , dictorum , qui quidem etiam in tercia commercii specie : *consumo* , insigniter accrescere solent , prout consumtio adaugetur . Verumtamen damnum totius subditorum patrimonii , in complexu sumti , ex eo appetat , quod aurum argentumque , signum illud diuinarum , immittitur , dum per apportionem et consumptionem mercium alibi provenientium , nummi numerati exportentur , ac eo ipso regio ista pauperior reddatur , conf. von *Insi Staats - Wirthschaft* Part. I. §. 162.

§. 17.

§. 17.

Aliae adhuc commercii species ex diverso negotiandi modo nascuntur. Aut enim mercator merces tantum sub spe lucri faciendi coemit, speculando incrementum pretii, incertus, cuinam denuo merces vendantur; aut certus est mercator tam de pretio, quam de emtore, pro quo merces emendiae et transmittendae sint; aut nulla prorsus inter mercatores loci et extraneum intercedit emtio et venditio, sed tantum mercium ab extranco, aut alibi, aut in ipso emporio, emtarum transmissionem, pro certa mercede, suscepit mercator loci. Hae tres species germanico idiomate appellantur: *Ein speculations-Commissions- und Speditions-Handel.* Primam speciem periculi et aleae plenam esse, quisque intelligit rerum mercatoriarum bene gnarus, praeprimis si merces non aliter, quam per navigationem periculofam vendi queat, quo casu duplex imminet periculum, tam navigationis, quam venditionis. Media autem species eo securior et lucrosior est, quo certius est lucrum a), per emtionem mercium adquisitum, et quo minus nec periculum navigationis, nec decrementum pretii, metuendum sit, cum penes nouum illum emtorem extraneum periculum sit rei, pro illo emtiae et emissiae, per Tit. ff. de periculo et commodo rei venditae. Ultimae denique speciei honor et nomen commercii merito denegandum est, cum nulla intercedit emtio et venditio, sed tantum mandatum de procuranda emtione et transmissione mercium. Secundum autem generalem commercii notionem §. 2. adductam, et secundum vulgarem loquendi usum, nec nomen, nec iura commercii deneganda sunt.

a) Num mercator commissarius lucrum percipere queat, de mercibus ex mandato et commissione alterius coemtis, de eo tamen inter mercatores, quam inter ICTos disputatur. Qui ex principiis iuris romani, de actione mandati vel contra, disponentis, argumentantur, ipsum negotium coemtionis mercium gratuitum esse adscirent, ex I. f. ff. mandati vel contra, et lucrum mercatorum abnegant. Re vero accuratius perspecta, inuenimus, non tam mandatum, quam locatio nem operarum huic inesse negotio, cum mercedem certam, duorum plerunque de centum, solui curant mercatores commissarii. Ex quo luculenter sequitur, locario contentum esse debere mercatorem commissarium, nec ullum amplius lucrum sibi arrogare posse de mercibus

bus post acceptam commissionem cōemtis. Quas vero merces iam sibi comparauit, antequam mandatum de coemendo ad ipsum peruerterit, de iis idem premium adnotare ipsi licet, quod pro aliis soluere debuit, adeoque lucrum de eiusmodi mercibus perceptum omnino est iustum.

§. 18.

Quamuis in praedictis commercii speciebus frequentissimum cum exteris, et peregrinis sit negotium, nocuum tamen reipublicae adeo esse potest, vt prohibendum sit, tam a legislatore, quam a judice. Ab imperante prohibentur, et propter salutem publicam a commercio eximuntur, sive res, sive personae. Rerum seu mercium interdictarum distinctionem ita exhibet *cocceii*, in diss. *de commissis* §. 17. vt vel intuitu aliorum populorum, regnum et ciuitatum, sint prohibitae, vel inter ipsos priuatos, qui eidem territorio subiecti sunt, uti fruges in herbis, quibus addere liceat feras tempore venationis prohibitae, et anseres maestatos, quorum venditio aliquot per annos, hac in vrbe per edictum magistratus, fuit interdicta. Quod ad priorem mercium prohibitarum classem attinet, per multae earum legibus romanis referuntur. Exstant toti tituli Codicis sub rubris: *Quae res venire non possunt; et quae vendere vel emendere vetantur; item quae res exportari non debent.* Taceam, quae ibidem de uino, oleo, et liquamine ad barbaricum non transferendo, item de purpura vel in serico, vel in lana, quae blatta vel oxyblatta, vel iunthina dicebatur, non distracthenda nec vendenda, sancta inueniuntur, ad statum illum Romanorum publicum solummodo quadrantia, et attendere liceat exactam Romanorum politiam ad nostra vsque tempora obseruatam, verando per l. 2. C. *quae res venire non possunt*, comparationem serici a barbaris. Sericum enim tunc temporis tanti habebatur pretii, quanti ipsum aurum, ita vt teste *HEINECCIO* in disserr. *de nauibus ob mercium illicitarum vulturam commissis* Cap. I. §. XI. ibique allegato *VOPISCO* in *Aurelianis*, libra serici pro libra auri aestimaretur, adeoque, quot librae serici inueherentur, tot librae auri exportarentur, ex quo eueniret, vt Romani auro pauperiores, barbari autem ditiores fierent, id quod iam alibi per l. 2. C. *de commerciis et mercatis*.

C

poena:

poenaliter prohibitum erat, et politice cautum, a) ut barbaris aurum non solum minime praebeat, sed etiam, si apud eos inuenit fuerit, subtili auferatur ingenio; utque si vsterius aurum promancipiis, vel quibusdam speciebus, ad barbaricum fuerit translatum a mercatoribus, non iam dannis sed suppliciis subiungentur, iudece etiam tanquam conscio criminis punito, si repertum non vindicauerit.

a) Hanc romanac politiae regulam recentiores quoque secuti sunt cameralistae, docentes supremam commerciorum legem, quod plus auxi argenteique per commercia debeat inferri, quam exportari, conf. v. IVSTI, c. I. §. 159 verbis: *Eine Kluge nation muß dannenhero zu den ersten Grundsatze ihrer commercien annehmen, daß man ihnen eine solche Einrichtung und Beschaffenheit zu geben suchen müsse, daß dadurch mehr Gold und Silber in das Land eingehet, als zu diesem Bedarf daraus geführer wird.*

§. 19.

Pari ratione inter merces iure romano prohibitas recententur in l. 2. C. quae res exportari non debeant, arma barbaris vendenda, quorum interdicti commercii ratio, tam iusta quam exacta, in ista lege exponitur, saneteque seruari sub grauissima iubetur poena, ita ut sub nulla specie, nulloque colore, loricas, scuta et arcus, sagittas et spathas, et gladios, vel alterius cuiuscunque generis arma, nemo audeat alienigenis barbaris, cuiuscunque gentis, vendicare, nec villa prorsus iisdem tela, nihil penitus ferri vel facti iam, vel adhuc infecti, ab aliquo distractahatur. Periculum namque imperio romano, et proditioni proximum est, barbaros, quos indigere conuenit, telis eos, ut validiores reddantur, instruere. Si quis autem aliquod armorum genus, quarumcunque nationum barbaris alienigenis ubicunque vendiderit, bona eius uniuersa protinus fisco addici, ipsum quoque capitalem poenam subire decernimus. Iure gentium Europaeorum hoc quoque obseruari, non solum ex iis nouimus, quae exorto inter populos bello, per auocatoria et dehortatoria publicari solent, sed etiam in recenti adhuc extant memoria, quae inter Hispanos ab una parte, et Danos, Suecos et Hamburgos, ab altera parte, propter aduectionem armorum piratis Africanis factam, acciderunt, queaque maxime celebrem inter doctos litem mouerunt, quaenam merces hostibus aduehi iure

iure Gentium prohibitae sint nec ne, de qua thesi controuersa
GROTIUS, in iure belli et pacis lib. III. Cap. I. §. 5. et qui eius ve-
stigia securus est **MARQVARD**, de iure mercaturae lib. I. Cap. XVI.
n. 34. commentati sunt; quibus aduersantur **ZIEGLER**, de iure
majestatico libr. I. cap. XLI. §. 27. **COCCII**, in prailectionibus
ad Grot. c. l. item in cit. disp. de commissis §. 24. et seq.

§. 20.

Non solum intuitu peregrinorum, aut uti vocabant,
barbarorum, quasdam merces commercio eximebant romani
legislatores, sed etiam inter ipsos ciues romanos, nonnullarum
rerum emtio et venditio erat prohibita. Sic peculiari sanctio-
ne l. un. C. ne christian. mancip. haeret. vel iudeus; vel paganus
habeat, et mox subsequenti epitome constitutionis graecae
interdictum est, ne haereticus vel iudeus, vel paganus christianum
mancipium, nec comparare, nec largitatis, vel aliquunque titulo con-
sequi posset. Si quis vero eiusmodi mancipium possederit, aut cir-
cumcidet, is capitali sententia puniatur, ipso servo pro praemio
libertate donato. Pari modo emtio et venditio veneni mali,
per l. 1. §. 1. item l. 3. pr. ff. ad leg. corn. de sicar. vetita; per
l. 35. §. 2. D. de contrah. emt. autem ita temperata videretur, vt
tantum, quod necandi hominis causa factum venditumque sit,
non quod mixtum cum alia materia, nocendi naturam depo-
suerit, et ex quo antidota, et alia quaedam salubriter
medicamenta conficiantur, prohibitum sit. Non vero ad ipsam ho-
minis caedem restringendus est nocius effectus, sed variis
senatusconsultis, et principum constitutionibus, ad eos casus
extensa est prohibitio, in quibus vel libidinis, vel conceptio-
nis, vel abortionis, vel alienanda mentis causa venenum est
venditum, conf. l. 2. §. 2. ad leg. corn. de sicar. l. 38. §. 5. de
poenis. In constitutione criminali carolina art. 37. salubriter
cautum est, vt pharmacopoleae, aliisque venena vendentes, spe-
ciali obstringantur iure iurando, vt non nisi concio, et
consentiente Magistratu, venena vendere velint. Et quamvis haec
iuramenti praefatio in plerisque locis vsu destituta sit, in or-
dinationibus pharmacopolarum tamen praescriptum est, vt ve-
nena non aliter, quam personis fide dignis, et de beneficio haud

[decorative flourish]

suspectis, neutiquam infantibus aut famulis, aut ancillis, abs-
que testimonio patrum vel marrum familias, usum veneni
simul indicantium, vendi debeant. Vide die Mecklenburgische
Medicinal-Ordnung vom 20. Iulii 1751. Cap. III. §. 10. vnd die
Lübecksche Apotheker-Ordnung Cap. IV. Art. 1.

§. 21.

Inter ipsos porro ciues romanos, prohibitum erat com-
merciū frumenti, tum publici canonis, tum quod exercitui
mittebatur, ita ut capitali plecteretur suppicio, qui eiusmodi
frumentum emeret venderetque, l. 3. & 4. C. quae venire non
possunt. Hanc dispositionem vero ad statum solummodo roma-
num pertinere, quisque rerum gnarus intelliget, qui inopiam
annonae apud romanos frequentissime exortam, et exinde sae-
piissime enatas seditiones, tam inter plebem, quam inter mili-
tes, in memoriam reuocat. Conf. BOECLERI exercit. de annona
sub imperat. roman. Tom. 2. Exerc. XVI. pag. 512. Idem se-
ditionum metus IVSTINIANVM commouit, vt Nov. 85. cap.
x. et seqq. fanciuerit, quod nemo priuatorum arma confidere auderet,
ni si qui in publicis deputati sint armificatoris, aut qui dicantur fa-
brisensi, praetereaque nullus unquam priuatus arma gestare concre-
tur, praeter cultellos minores, quibus nemo in praelitis utatur. Et
licet hodie ratio huius legis in plerisque Europae regnis post
introductum militem perpetuum mercenarium cesseret, salutare
tamen forer, verare, ne arma gestent, quibus nullum prorsus
praebent usum, sed quae tantum vanitatis causa, quasi Mar-
tis essent armigeri, gladiis se succingunt. Ut taceam rixas
sanguinolentas, quibus accincti gladii haud raro ansam pre-
bere solent, quaeque aut euitarentur, aut absque profusione
sanguinis terminarentur, si gladius deficeret.

§. 22.

Mercium eiusmodi absolute prohibitarum nomen, sub
voce: *contrabande*, recepturn fere est ab omnibus gentibus, cu-
iuscunque sint linguae. Vocabuli huius originem et etymo-
logiam copiose disquisiuit HEINECCIVS, c. l. §. X. ac recte
obseruauit, vocem illam esse latino-italicam, ortam a vocabulo:
Bannum

Bannum vel Bandum, quod denotat legem, vel decretum principis, vel magistratus, sonante tuba ministri publici promulgatum, adeoque *contrabando* nihil aliud esse, quam quid contra publicam legem, vel interdictum principis factum est, cuius verbi applicatio ad merces prohibitas: *contrabande Wahren*, eo facilius est, quo certius definiri possunt, quod sint merces, quas ex lege aut statuto reipublicae evehere, vel aduehere non licet, quaeque in commissum cadunt, simulac aut iam in- et exvectae, aut tantum inuehendae, et exportandae deprehendantur. *coccet de commissis* §. 17. et 26.

S. 23.

Ita secundum vulgarem loquendi usum veniunt merces intuitu exterorum prohibitae, licet non negandum sit, etiam intuitu ipsorum territorii ciuium merces dari prohibitas, quae etiam sub termino: *contrabande*, comprehenduntur. Vti enim reipublicae interest, ne multa, quibus subditi carere nequeant, exportentur, multaque, quae ciues ad luxuriam aliaque vitia, publico noxia commodo, incitant, aliunde aduehantur, ita consultum quoque est, vt interdum tam consumtioni voluptuosae animalium iuuenium, verbi causa vitellorum, quorum conseruationem et incrementum, irruente pecorum lue, iubere, salus publica exposcit, quam etiam defraudationibus mercatorum et opificum, merces tam rudes, quam fabricatas, variis modis adulterantium, obex ponatur, cuius exempla exstant, qua pannos laneos nimis extensos, *in reformat. polit. de Ao. 1548. Tit. von Verkauffung der wollenen Tücher* §. Dieweil auch besunden: item ordin. polit. de Ao. 1577. Tit. 21, qua colorem pannis nocivum in iam cit. ordinat. polit. §. 3. verb: *Gleichfals ist uns glaublich fürgebracht*, eadem adest prohibitio, quae etiam ad aromata fraudulenter corrupta, veluti zingiber colore tintum, nec non piper, saccharum, et cromum adulterinum extensa est per *Tit. 24. von Verkauffung des Ingwers, Pfeffers, Saffrans, vnd anderen Gewürz vnd Specereyen*. Salubres nobis denique sunt leges, de vino diluto et corrupto, disponentes, ne quis vina medicamentis inficiat, nec vasini sulphure, idque semel et modice fumiget. *conf. Recess imp. de*

de 1497. §. 1. seqq., vt et extera vina tantum helenio, salvia, absinthio, herbisque aliis innoxii condita, et confecta vendere fas sit, cit. *Recess. imper. §. item es sollen auch Aland etc.* quod adeo severo est praescriptum, vt Fiscalis Imperii contra vini adulteratores, magistratu prius de officii administratione frustra admonito, poenalem instituat actionem, *Recess. imper. de 1500. Tit. vom Gemacht des Wein §. Gemacht halben.* Id quod per legem postea subsequentem adeo exasperatum est, vt vinum diluentes, vel calce aliquis mixturi corruptentes, infamia, suppliciis et bonorum publicatione mulcentur, conf. *Reform. polit. de 1548. Tit. 16. §. Nachdem auch zu Zeiten.*

§. 24.

Hactenus de rebus, et mercibus prohibitis. Iam de personis erit agendum, cum quibus commercium aut est valde restrictum, aut plane prohibitum. Restrictionem inuenimus haud exiguum in *Recessu Imper. de 1551. §. Diesem zu begegnen, verf. Es soll auch kein Christ, vbi publicis Germaniae legibus prohibitum legitimus, ne quis christianorum cum Iudeo aliter, quam in foro domicili christiani ineat contractum, nec quisquam actiones obligationesque in christianum a Iudeo coemat, addita poena amittendi crediti, si quis Iudaei ius in se transtulerit. Immo et magistrati leges minantur infamiam et remotionem ab officio, qui super eiusmodi prohibita venditione instrumentum confererit publicum. conf. Recess. imper. de 1555. §. Zudem wollen.*

§. 25.

Quae iam de Iudeis cognouimus, ad proscriptos et exiles ideo extendi licet, quo certius constat, eos omni prorsus ciuitatis iure eximi, l. 4. et 17. ff. de poenis. Alioquin apud romanos legis et consuetudinis erat, vt loco poenae negotatio interdicereatur, conf. l. 9. §. 9. et 10. D. de poenis; qua lege simul ventilatur quaestio curiosa, num quis loco poenae condemnari queat, vt negotieretur? Quae adeo decisa est, ut licet poenae inciviles sint aestimandae, quae inuitum hominem iubent facere

facere, quod facere non potest, attamen iusta esse potest causa, compellendi cuius ad negotiationem. Quod si fuerit, sequenda erit sententia, quoniam istae sunt poenae, quae iniungi solent. Quanto insolita est haec poenarum species, tanto frequentior est interdictio negotiationis in iis praesertim casibus, vbi quis in ordinationem mercatoribus praescriptam, vulgo: *Kaufmanns-Ordnung*, peccavit, eique loco poenae eodem modo negotiatio interdicitur, ac inter opifices consuetudinis est, quibus in poenam contumaciae contra statuta collegii opificum, vulgo: *Die Amts-Rolle*, primo mulcta sub nomine: *Ants-Eintracht*, dictari, eaque deinde auctis contraventionibus, per interdictionem opificii, vulgo: *Das Handwerck legen*, exasperari solet.

§. 26.

Peregrini denique in quibusdam locis iis adnumerantur, inter quos commercium illicitum est, et prohibitum. Quantuscunque enim alioquin peregrinorum fuit apud Germanos fauor, teste *TACITO de moribus Germ. Cap. 21*, qui etiam apud Slauos, terrarum nostrarum Megapolensium veruistiores incolas, haud exiguis fuit, prouti *HELMOLDVS in chron. Slav. Libr. I. C. 82.* enarravit, attamen successu temporis, iura et priuilegia ciuium praeualuerunt isti adeo fauori, vt peregrinis quidem mercari liceat; ast non inter se, sed solummodo cum ciuiibus. Cautum hoc inuenimus, *Art. VII Tit. VI. Libr. III. iuris Lubecensis*, et reperitum *Art. XII. Tit. VI. Libr. III. iuris nostri Rostochiensis*, cuius verba haec sunt: *Ein an kommender Gast mit seinem Guhte in unfer Stadt, der kan das selbe niemand anders denn unfern Bürgern verkauffen, will er auch das selbe Guth oder Wahren althie auflegen, so hat er doch die Macht nicht, solche alsdern Fremde zu verkauffen, wie unfers Bürgere, denen diese Freiheit allein zuflehet.* Würde er aber solches thun, und darüber betroffen oder überwiesen, der soll nach der Größe der Verbrechung gefraust werden. De peregrinis tantum aduenientibus, et merces vendendas ad portantibus, sermonem esse, emotori peregrino autem licitum esse commercium, ex ipsis statuti verbis: *Ein an kommender Guest, er reiterato*

iterato sanctionis verbo: *Verkaufen*, apparere videtur. Re autem accuratius perspecta, tam ratio legis, vt ciues onera ciuitatis ferentes, privilegiis atque fauore, peregrinis potiores sint. Confer, MEVIVS in *Commentario ad ius Lubec.* Libr. III. Tit. VI. Art. VII. n. 2, quam genuinus intellectus verbis: *vendere*, cuius correlatum est: *emere*, et cum vendor absoque emtore concipi nequit, emtorem peregrinum aequae ac venditorem excludere iubet,

§. 27.

Cum grano salis autem accipiendam esse hanc prohibitionem et restrictionem libertatis alioquin naturalis, quisque intelliget principiis interpretationum iuridicarum rite imbutus. Non ergo in detrimentum commercii, omnibus omnino ciuibus salutaris, non in damnum prouentuum publicorum, non ad adfectandum monopolium, caeteris subditis nocium, vergere debet ultra limites prohibitio ista. Simulac igitur ciuii commercio isto peregrinorum adeo interest, vt lucrum, quale quale sit, percipiat, lex cessat prohibitiua, secundum eiusdem legis verba: *Wie unsere Bürger, denen diese Freyheit allein zu stehtet, uti pluribus euicit cel. D. STEIN, in Abhandlung des Lübschen Rechts Part. III. S. 134. recte docens: Daß die Verordnung des Art. 7. des Lübschen Rechts zum Fauuer der Bürger vnd einheimischen Handelsleuten ist gesetzt worden, vnd also ihnen auf keine Weise zum Nachtheil gereichen muß, noch ihnen wahrhaft praeiudicirliche Folgerungen daher geleitet werden mögen.* Ope ergo et studio ciuium, peregrinis vendere posse merces suas peregrinum, ex his verbis luculenter appetet. Euenit exinde commercii species, quam §. 17. sub nomine: *des Commissions-Handels*, commemorauit, quamque cuiilibet mercatori liberam esse, non solum ex verbis statuti nostri paullo ante adlegatis: *solche als denn Fremde zu verkaufen, wie unsere Bürgere, denen diese Freiheit allein zustehet, sed etiam ex mox subsecuto art. XXII. indubitate prorsus constat, liberam esse ciuibus negotiandi, vi commissio- nis extraneorum vel peregrinorum, facultatem, prouti clara dispo-*

disponunt verba: Gibt ein Bürger oder Gast einen andern Bürgern oder Gast sein Guth mit zu nehmen über See und Sand, solches zu verkaufen, und damit sein bestes zu wissen, und zu schaffen, derjenige, welchem das Guth eingethan, ist mächtig damit zu thun und zu lassen gleich dem seinen; dann wer ihm das seine vertrauet, muß ihm auch die Rechenschaft vertrauen. Quidnam aliud declarat haec dispositio, quam commercium sub nomine: des Commissions-Handels? Aethiopem ergo lauant, qui hanc commercii speciem restringere aut vetare student, cum non solum libertati conuerit naturali, sed etiam expressis permissa est statuti nostri verbis.

§. 28.

Attamen non sine omni veritatis specie militant, qui commercium peregrinorum, per manus ciuium gestum, circum scribere volunt, quoniam in lege illa antiqua, vulgo: die Bürger Sprache, prorsus vetira videtur species illa commercii per verba: Kein Bürger soll mit Gastes Pfenningen handeln, a) nec negandum est, in commercio commissionis plerumque emtionem et venditionem fieri data pecunia peregrinorum, aut germanice: mit Gastes Pfenningen. Quae lex licet vetustissima et antiquissima huius loci sit, nec praeuia deliberatione, praeuioque ciuium consensu, alioquin ad leges ferendas necessario, eam latam esse, nullibi constet, conf. die wöchentlichen Rostock-schen Nachrichten und Anzeigen auf das Jahr 1752. das 24. Sti; adoeque vim obligandi perfectam prae se ferre, iuste negari posset, tamen loqui praesumenda est, ac tacito per ar-^{os} immemoriales ciuium consensu, plenam nacta est effic-siam.

- a) Originem huius dispositionis ex iure emporii euoluere studet SCHOTTEI, von unterschiedlichen Rechten in Deutschland cap. 26. §. 17. p. 473. seqq. cui autem iuste contradixit c. STEIN in der Abhandlung des Lübschen Rechts Part. 3. pag. 40. recte defendens, diaetis Hanseaticis hanc legem inter ciuitates Hanseaticas sanctitam, ac postea statuto Lubecensi infertam esse, uti apparat ex recessu Hanseatico, quem recessus MARQVARD de iure mercatorum lib. 3. Cap. 5. n. iv.

D

§. 29.

§. 29.

Non obstante hoc argumento contrario, licitam esse commercii speciem, quam sub nomine: *des Commissions Handels*, saepius indigitavi, ex eo colligo, quod non solum pactis et legibus expressis, sed etiam obseruantia indubitata, restituta sit libertas illa peregrinorum naturalis. Pactorum et legum expressarum copiam inuenies, partim in diplomate confirmationis **BUREURNI**, domini de Rostock, de anno 1252. vide adiunctum sub Num. 3. scripti publici, sub Tit. der Landes Fürst in Rostock, vbi expressis indultum est verbis: *Damus cuilibet alienienti et recedenti plenariam facultatem adducendi et deducendi quaslibet negotiations, et res generis uniuersi;* partim in calce ordinations accisarum, vulgo: die Accise-Rolle de 1748. omnino permisum est peregrinis, tam nauibus quam mercibus aduenire, ciuibusque indulsum est, pro aliena pecunia tam emere merces, quam ad alios mittere, addita tamen hac clausula, pro subleuando nauigatorum nostrorum opere, et numero salubri, quod a mercibus, peregrinorum pecunia coemis, eorumque nauibus transmissis, plus dimidio portorii, vulgo: *accise dicti, alioquin determinati, soluuntur;* quae autem nostris nautis ciuicis euchuntur merces, aliena pecunia comparatae, nullo amplius tributo, quam solito accisae quanto, onerentur; et licet merces exportandae mercatoribus nostris sint propriae, proprio eorum periculo, nauibus tamen peregrinis, euchantur, sedecim assibus auctum sit tributum, a mensura certa alioquin soluendum a).

a) Dige-a sunt, quae exscribantur huius statuti verba: *Die ein- und ausgebend Waaren, mit einheimischen Schiffen für fremde Rechnung, sollen nichts weniger, als die vorhin stipulirte Accise erlegen,*

Die ein- und ausgehende Waaren aber mit fremden Schiffen, wann sie für fremde Rechnung abgeladen sind, geben die Hälfte der determinirten Accise mehr, (außer Butter, Käß und Speck, welches der Armut zum Besten nicht hört, beschwerter werden soll).

Wann ein fremder Schiffer, für einheimische Rechnung allhier lader, soll er für so viel Last Guth, als er würklich einnimmt, an Zulage in die Accise a Last 16. Blt. entrichten. — — —

Mit fremden Schiffen einkommende Waaren für einheimische Rechnung aber, erlegen nur die gewöhnliche Accise.

§. 30.

§. 30.

Quod contra vim obligandi huius ordinationis, inter ipsos cives Rostochienses, obmouetur dubium, ex eo colligi licet, quod in ordinatione illa, tantum praefcripta et determinata sit quantitas accisa, a nautis peregrinis, et pro mercibus ex mandato peregrinorum vendendis aut coemtis soluenda, et quod tantum enunciariue, non dispositiue, commercium illud permitatur. Magnam certe veritatis speciem prae se fert hoc obmotum, praeprimis si consideres naturam pacti, inter principem ab una parte, et ciuitatem ab altera parte, de quantitate accisa solum modo, non de iuribus ciuium inter se, initi. Ast re accuratius perspecta, probeque perpenfa, quod tam principis voluntas subditorum lex esse debeat, quam ius omnino detur ex pacto tertii quaesitum, de quo longius differit *cocceii de iure ex pacto tertii quaesito*, immo his in locis ordinatione illa more leges cinicas ferendi solito, consentientibus scilicet magistratu et ciuium curiis, vim obligandi acceperit, non aliter quam lex noua, permisum cum peregrinis commercium exhibens, licentiamque nauigationis extraneis indulgens, potest considerari. Hocque eo magis obtinet, quo certius constat, CLEMENTISSIMI NOSTRI PRINCIPIS omnino interesse, ne peregrinorum commercium plus iusto circumscribatur, et ex nimia prohibitione prouentus accisarum imminuantur.

§. 31.

Quemadmodum igitur, expressis legum et conuentio-
num verbis, peregrinorum commercium, cui ciuis lucrum
quale quale percipiendo, interest, aut vti praelaudatus *D. Stein* c. l. §. 133. verbis expressit germanicis: *wobey ein Bürger mit interessiret ist*, pro licto et permesso est habendum; ita obseruantia longinqua stabilitum quoque est hoc commercium. Adsum nimirum libri censuales publici abunde testantes, quantum per multos annos frumenti, lini, lanae, vitri, aliorumque regionis nostrae prouentuum, ad mandatum et in usum exterorum, a peregrinis coemtum sit et transmissum, vt et quam multae merces peregrinae, iussu et periculo

D 2

exte-

❧

exterorum mercatorum, huc adiectae sint et exteris venditae, percepto tantum a mercatoribus domesticis lucro modico, quod sub nomine: *Der Prouision*, venire solet. Praeterea insignes hac in vrbe commorantur mercatores, quibus, ne dicam solum, attamen maximum est commercium speciei illius: *Des Commissions-Handels*, qua diutias acquisierunt, et sine qua oriosi fuissent ciues. Quidquid igitur dubii ex dispositione linguae ciucae: *Noch ein Bürger mit Gastes Pfenningen*, apparere videtur, consuetudine tamen indubitata, in favorem liberi ciuium cum peregrinis commercii, declaratum est et resolutum.

§. 32.

Vnica tamen mercium species ab hoc libero exemta est commercio, puto haleces sale conditas. Has enim jussu et periculo peregrinorum, non aliter apportari vendique licet, nisi societas mercatorum, vulgo: *Der Kaufmanns- Compagnie*, venales exhibeantur. Pro conuocatione societas, et praesentatione halecum, vi loqui solent, certa soluenda est pecuniae summa, quae mox inter Directores et Deputatos distribuiatur, quo facto aut de pretio halecum conuenitur, aut mercator praesentans iurato promittit, pro pretio determinato haleces sibi habere, ac in computum annotare velle. Originem huius instituti, libertatem commercii admodum restringentis, si quaeris, haud alia tibi obueniet causa historica, quam quod antiquitus societas hanseatica vbiunque locorum tabularia mercatoria ordinauerit, quae tam certo cuidam loco. Quam certo mercium generi, dicata fuerunt. Inter emporia, quibuscum magnum ciuium nostrorum intercessit commercium, eminuit Berga in Norwegia sita. Haleces sale conditae, aliquique pisces maritimi saliti et torrefacti, inde euehuntur, et adhuc hodie nobis adportantur, quo frumenta viuisim illuc a nostris mercatoribus transmitti solet. Ad subleuandum hoc commercium, Bergae fuerunt tabularia mercatoria, commercio Rostochiensis dicata, nomine: *Stauens*, insignita, quibuscum conuenit societas huius vrbis, sub titulo: *Kaufleut- Herings- Compagnie*, quae licet postea coniuncta sit, cum

cum societate mercatorum generali, adhuc hodie sub nomine: *Der Kaufmanns-Compagnie*, florente, eique adeo inserta sit, vt nomen antiquum: *Der Kaufleut-Herings-Compagnie*, prorsus in desuetudinem et obliuionem abierit, ius tamen huic ultimae societati proprium, quod scilicet haleces fallitae, iussu et periculo peregrinorum hic vendendae, societati mercatorum ante omnia venales exhibendae, et offerendae sint, pretiumque in societatis conuentu determinetur, pro quo haleces aestimandae sint, omnino est conseruatum, et ad societatem mercatorum: *Die Kaufmanns-Compagnie*, adeo est deuolutum, vt in viridi, ne dicam quotidiana, se exhibeat obseruantia.

S. 33.

Ad probandam obseruantiam §. 31. adductam, et ad illustranda facta historica, dictis precedentibus enarrata, haud parum conductit testimonium, in causa quadam controuerfa a beate demortuo Consiliario Ducali Acciseae, mercatori datum, cui lis ideo est mota, quod pro peregrinis, eorumque pecunia, a rusticis prouentus rurales coemisset, et per mare evexisset. Nimis digna sunt testimonii contenta, ne ea verborenuis adducere praetermittam. Sequentis scilicet est tenoris:

Auf Requisition habe mich vi officii nicht entziehen können, kraft dieses, nach Einhalt der Herzogl. Accise-Rolle von Anno 1748 zu bescheinigen,

Daß es fremden Schiffen allemal frey stehe, sich des hiesigen Hauens und Strandes zum ein und auslauffen, vnd zum Handel und Wandel zu bedienen, denen hiesigen Kaufleuten auch hiebey vnuerboten sey, allerhand Wahren für fremde Rechnung ein und aus zu schiffen, gegen Erlegung Conventions-mäßiger halben Accise-Erhöhung. Nur allein daß wegen des ehemaligen Stavens oder Stapels in Bergen, der fremde einkommende Hering beständig, alten Herkommens gemäß, der Kaufleute-Herings-Compagnie zu allererst käuflich offeriret werden muß.

D 3

Ich

(D)

Ich kann zwar nicht glauben, daß das freye Commerzium eingeschränkt, und in Monopolia verwandelt werden kann. Sollte aber dagegen, es sei gerichtlich, oder außergerichtlich, ein vnd anders verhänget werden, so bin ich gemüßiget, dieses dem allgemeinen Landes- und dem Herzoglichen Accise-Interesse schädliche Verhängniß, Sr. Herzogl. Durchl. unterthänigst anzuseigen. Rostock, den 28. Nov. 1764.

(L.S.
Acciae.)

I. G. Oerthling,
Accise-Rath.

Huius testimonii clementissima paulo post subsequuta est serenissimi nostri regnantis approbatio, sequenti contenta rescripto:

*FRIEDERICH, von Gottes Gnaden,
Herzog zu Mecklenburg.*

Vnsern gnädigsten Gruß zuvor. Ehrenvester, lieber, getreuer. Wir genehmigen euer Betragen, bey der dortigen Kaufmanns - Compagnie intendirten Hinderung des Wöll-Handels in Commission, nach eurem darüber unterm 29ten passato unterthänigst erstatetten Bericht, hiedurch in Gnaden, womit Wir euch gewogen verbleiben. Datum auf Unser Vestung Schwerin, den 1sten Dec. 1764.

Ad Mandatum Serenissimi proprium.

Herzoglich Mecklenburgische zur Regierung verordnete geheime und Räthe.



C. F. v. Bassewitz.

In scriptio.

*Dem Ehrenvesten Unserm Accise-Rath und lieben getreuen
Oerthling*

224

Rostock.

S. 34.

§. 34.

Tam ob modo dictos SERENISSIMI PRINCIPIS prouentus camerales, hoc loco accisa exortos, quam ob commodum publicum, cuicunque, et vrbem et patriam inhabitanti, gratum iucundumque, magna adhuc exstat exceptio a lege ciuica supra memorata, in nundinis publicis hic anniuersariis pentecostalibus. Quum enim plena vendendi emendiae libertas nundinis sua natura ineft, recte dictante LEYSERO, de nundinis et monop. in medit. ad Pand. Spec. 679. med. 7. et assentientibus KLEIN de nundinis solemniis, et FRITSCH de regali nundinarum iure et priuilegiis, ita vt secundum supra allegatum priuilegium BVREVINI de anno 1252. cuilibet aduentienti et residenti plenaria sit facultas, adducendi quaslibet negotiationes, et res uniuersi generis, non solum omni caret dubio, legem prohibitoriam de commercio peregrinorum, durantibus nundinis filere, sed etiam obseruantia constat notissima, liberum esse hac in vrbe durantibus nundinis pentecostalibus, commercium peregrinorum, tam inter se, quam cum exteris incolis, et ciuibus. An vero priuilegia specialia, societati mercatorum pannariorum, et opificio futorum hic indulta, plenariae nundinarum libertati ita obftare queant, vt nemo nec pannos laneos minutarim et vlnis, nec singula calceorum paria, vendere possit, secundum doctrinam LEYSERT I. c. med. 8. et M^EVII Part. 9. Dec. 8. negandum videtur, cum ille omnia monopolia, et si legitime acquisita, tempore nundinarum cessare, obtendit; hic vero cuicunque magistratui urbico, ius arcedi quemquam a nundinis publicis, denegar. Re autem accurati perspecta, regulam, quod priuilegium speciale deroget generali, pro hisce priuilegiis specialibus militare, non solum quisque confitebitur, sed etiam in contradictorio, ni fallor, iam obtinuerunt ambo supra nominata collegia tam mercatorum, quam opificum, ita vt et re iudicata suffultum sit hoc priuilegium speciale, generali nundinarum priuilegio in eo etiam conforme, vt non venditores, vel merces vendendas, plane arceat, sed tantum modum vendendi determinet, vti patet ex ordinatione mercatorum pannariorum de 12. May 1648. his concepta verbis: *So soll auch vors Elste nach alten Gebrauch und*

P 351

und habenden Rechten keinen Fremden, sowohl in oder außerhalb
Marckte, jemanden bey Ellen auszumeßen, und zu verkauffen ver-
gönnet werden.

Hisce praestructis me conuerto ad scopum huius com-
mentationis principalem, adhortandi scilicet vos, ciues omni-
um ordinum honoratissimos, ad celebrandum pia et deuota,
qua par est, et qua decet, mente, festum pentecostale, effusione
SPIRITVS SANCTI sacrum et dicatum. Qua Christianis vo-
bis iam notum est, quanti fructus, in aeternum salubres, a tem-
pore apostolorum ad nostra vsque secula, ab effusione **SPI-
RITVS SANCTI**, ad humanum genus redundarint, et ad
mundi vsque exitum sperandi sint. Minimum certe pro hac
gratia diuina erit, pie eam recordari tempore, huius operis
sanctissimi memoriae destinato, et non verbis solum, sed et
factis, cultu scilicet **DEI** tam externo, quam interno, et amore
erga proximos, hanc recordationem testari. Quod ut faciat-
is, vos, cives carissimi, rogo et adhortor. **D E V M** autem
et **SPIRITVM SANCTVM**, vt mentes vestras sua luce collu-
stret, et quaevis conamina vestra fausta esse iubeat, supplex
imploro.

S V B S I G I L L O R E C T O R A L I .
P R I M A P E N T E C O S T E S F E R I A .
1777.



ULB Halle
004 517 601

3



f

TA → OL

nur 1+8 verknüpft

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow


Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres



COMMENTATIO IURIDICA,
DE
COMMERCIO PEREGRINORVM,
EIVSQUE VSV,
TAM IN GENERE, QVAM IN SPECIE,
DVRANTIBVS NVNDINIS HVIVS VRBIS
PENTECOSTALIBVS,

1777.1.
P.263
QVA
PROGRAMMATICIS LOCO,
AD
FESTVM PENTECOSTES
SACRVM

PIE CELEBRANDVM,
ACADEMIAE CIVES O. O. HONORATISSIMOS

ADHORTATVR,

HODIERNVS VNIVERSITATIS RECTOR,

WALTER VINCENT WIESE,
IURIVM DOCTOR, ET PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIUS,
NEC NON ORDINIS PRIMI CIVIVM ROSTOCHIENSIVM
SYNDICVS.

ROSTOCHII,
TYPIS ADLERIANIS.

